



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

9. Filio, mulieri, & fratri non despotestatem in vita tua, & non dederis illi  
professionem, ne fortè pœniteat te. Eccl. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

que furore, esse firmus, & inflexibilis,  
& non perdere rationem; esse justus &  
integer sine omni violentia; & scias  
modum habendi faciem & linguam ali-  
cujus terribilis Judicis, dum simul con-  
servas cor paternum.

REGULA NONA.

*Filio, mulieri, & fratri non des po-  
testatem in vita tua, & non de-  
deris illi possessionem, ne forte  
pœniteat te. Eccl. 33.*

PARAPHRASIS & REFLEXIO.

Quamdiu vives, non pone te sub re-  
gimine eorum, quos tu ipsemet deberes  
regere, sive sint uxor, proles, aut amici.  
Retine semper auctoritatem quam De-  
us tibi dedit, & dispositionem liberam  
tuæ facultatis, nec eam confidas, quis-  
cunque is fuerit, ne loco alicujus solatii  
& quietis, quam exinde speras, cadas in  
vituperium, & ne exinde fiant ingrati &  
crudeles ii, quos credebas per tuam libe-  
ralitatem reddendos magis gratos, & sa-  
pientiores.

Ex quo cuncta filiis aut filiabus de-  
disti, credent, quod nihil tibi amplius  
debeant, & quando tuæ manus erunt  
vacuæ, tua facies ipsis erit insupporta-  
bilis & odiosa. Per nullas preces & nul-  
lam remonstrationem muta hanc tuam  
resolutionem, quia melius est, ut tuæ  
proles dependeant à tua munificen-  
tiâ, quam tu dependeas ab eorum grati-  
tudinè, aut ab illorum justitia. Fac ut ser-  
vi per tuâ operâ indigeant, & exinde  
quid sperent, sed nunquam illis in-  
degeas, si vis ut te ament: Monstra illis  
vita manus tuas, sed eas firmas retine  
& nihil nisi per mortem illis relinque.

## ARTICVLVS TERTIVS

*De Regimine sui erga proprium  
famulitium.*

### REGULA PRIMA.

*Iugum & lorum curvant collum  
seruorum, & seruum inclinant  
rationes assidua. Eccl. 33.*

PARA